



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

14 Illegitimi etiam per subsequens matrimonium legitimati corpore vitiati,  
ac consanguinei, & affines in aliquibus gradibus ad Cardinalatus  
celsitudinem sunt inhabiles.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

riæ non comprehendantur, ut per Felin. in c. in eos, n. 2, de Heret. Gomel. in proæn. regul. Cancell. q. 6, num. 9, & 10, verſ. & ſub iſta generaliter, & in reg. de idiom. quaſt. 3, num. 6, & Ancar. conſi. 295, n. 6.

10 Quinquagiata Presbyteris † Cardinalibus, qui ſecundum ordinem conſtituunt, pluribus antiquis titulis reformatis, fuerunt pro titulis assignatæ Eccleſiæ S. Crucis in Hieruſalem, SS. Marcellini, & Petri, SS. Quatuor Coronatorum, & SS. Joannis, & Pauli, S. Anaſtaſiæ, S. Sabinæ, S. Stephani in Cælio Monte, S. Clementis, SS. Nerei, & Archillei, S. Suſannæ, S. Pudencianæ, S. Sixti, S. Petri ad Vincula, S. Martini in Montibus, S. Eufebii, S. Prifcæ, S. Vitalis, S. Marci, S. Marcelli, S. Laurentii in Lucina, B. ſilicæ duodecim Apoſtolorum, S. Laurentii in Damaso, quæ S. R. E. Vicecancellario pro tempore exiſtenti perpetuò conceſſa, & assignatæ eſt, S. Sabinæ, S. Cæcilie, S. Chryſogoni, S. Praxedis, S. Mariæ Tranſtiberim, SS. Quirici, & Julitæ, S. Joannis ante portam Latinam, S. Agnetis in Agone, S. Laurentii in Palisperna, S. Thomæ in Parione, S. Sylveſtri in Campo Martio, S. Paneratii, S. Bartholomæi in Inſula, S. Matthæi in Merulana, S. Mariæ de Araceli, S. Mariæ in Via, S. Mariæ ſupra Minervam, S. Mariæ Angelorum in Thermis, S. Hieronymi Illyricorum, S. Honaphrii in Janiculo, S. Auguſtini, S. Mariæ de Populo, Alexii in Aventino, S. Blaſii de Annulo, S. Mariæ de Pace, S. Salvatoris de Lauro, S. Petri in Monte Auteo, Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio, & S. Mariæ Tranſpontinæ.

11 Quatuordecim † Diaconis Cardinalibus, qui tertium Cardinalium ordinem tenent, fuerunt pro titulis applicatæ Eccle-

ſiæ S. Mariæ in Aquiro, S. Mariæ in Coſmædin. SS. Coſmæ, & Damiani, S. Mariæ Novæ, S. Hadriani, S. Mariæ in Via lata, S. Mariæ in Porticu, S. Angeli in Foro piſcario, S. Nicolai in Carcere Tulliano, S. Mariæ in Dominica, S. Euftachii, S. Viti in Macello, S. Agathæ, & S. Georgii ad Velabrum, ut in litteris ejuſdem Sixti, in eodem Bull. c. 56, part. ultim. In dictis autem titulis, aliſque Eccleſiis ſibi ſubjectis, Cardinales habent iurisdictionem Epiſcopalem, capitulo hiſ qua, de maſo. & obed. & ibi Felin. Poſt alios, quos citat, num. 1.

12 In Cardinalium promotione † omnium Chriſtianitatis nationum ratio debet haberi, Conc. Trid. in cap. 1, §. ea verò omnia, de reform. ſeſſ. 24, & Sixtus V. in ead. conſtit. 50, §. primùm igitur, & §. ut autem ipſi, in Bullar. par. ult. Sed nullus in Diaconum Cardinalem aſſumi poteſt, niſi ſaltem in vigefimoſecundo ſuæ ætatis anno fuerit conſtitutus, ita ut omnino intra annum ad ſacrum Diaconatus ordinem valeat, & debeat promoveri, ut in ead.

14 conſtitut. 50, §. neque poſt. † Illegitimi etiam per ſubſequentis matrimonium legitimated, aut ſuper defectu natalium auctoritate Apoſtolica diſpenſationem conſecuti, ad Cardinalatus ceſſitudinem ſunt inhabiles, ut in diſconſtit. 50, §. præterea.

Qui verò ob defectus, vitia, aut impedimenta, ad ſacros ordines juxta canonicas ſanctiones promoveri nequeunt, etiam ſi diſpenſationem auctoritate Apoſtolica obtinuerint, & qui alicujus criminis, aut infamiæ nota reſperſi fuerint, pariter in Cardinales, ullo unquam tempore aſſumi poſſunt, ut ibi, §. ſed, & in ſuper.

Prohibentur etiam ad Cardinalatus honorem aſſumi filios utriuſque ſexus, etiam

etiam ex legitimo matrimonio procrea-  
tos, vel ex eis nepotes habentes, quia ne-  
queunt suæ testimonium continentia ex-  
hibere, & pater erga filios naturali affe-  
ctus nimium quadam propensione alliga-  
tur, ut verendum sit, ne propterea variis  
propriæ domus negotiis, ac multiplici li-  
berorum cura distractus; Ecclesiæ nego-  
tia sibi credita, aut negligenter tractet, aut  
minus sollicitè, & fideliter, quam par sit,  
ejusdem Ecclesiæ jure tueatur, ut in eadem  
constit. 50, §. eum autem, cap. priusquam, in  
fin. 28, dist. & c. sicut ver. habentes, 47, dist.

Et pater, etiam ex uno parente germa-  
nus, vel patruelis consobrinus, aut amiti-  
nus patruus, aut avunculus nepotis ex fra-  
tre, vel sorore Cardinalis viventis, eo vi-  
vente, & è converso talis nepos patris,  
aut avunculi, Cardinales esse prohiben-  
tur, ut ibidem, §. Insuper ut, & §. sed, & pa-  
15 ri, ead. 50, constit. Salva tamen Papæ au-  
thoritate, quia in omnibus supra expres-  
sis, in suis Cardinalium promotionibus di-  
spensare potest, tam super ætate, quam nu-  
mero, & aliis impedimentis, ut habetur  
infra in cap. de Dispensat. ferè per tot. cum  
possit constitutiones prædecessorum re-  
vocare, Clemen. un. & ibi gloss. in ver. pro  
infectu, de imm. Eccles. & Navar. in cons. 3,  
num. 9, par. 2, de spons. Præterea in Eccles.  
S. Joannis Later. S. Petri, & S. Mariæ Ma-  
joris de Urbe, & earum singulis est digni-  
tas Archipresbyteralis, quæ Cardinalibus  
16 t per Papam confertur cum ordinaria  
jurisdictione conferendi, visitandi, & cor-  
rigendi, qui post Pontificalem primam  
habent dignitatem, & in eisdem Ecclesiis  
solum Papam habent superiorem, & te-  
nentur per se ipsos, vel substitutos, anima-  
rum curam gerere, ut cap. perlectus, §. Ar-

chipresbyter, 26, dist. & cap. officium, de off.  
Archipresb. Secundum locum t obtinent  
Legati, quorum tria sunt genera, de Late-  
re, Missi, & Nati, Guid. Pap. in rubr. de of-  
fio. leg. Saphil. eod. tit. n. 1, & Specul. de leg.  
§. superest videre, in princip. lib. 1, par. 1.

18 Legati t de latere sunt Cardinal. qui  
primum locum obtinent, & eisdem lega-  
tione durante, idem honor, sicut Papæ, est  
exhibendus, gloss. 2, in cap. qua de causa,  
2, q. 4. Felin. in cap. mandata, num. 1, de præ-  
sumpt. & Specul. d. §. sequitur videre, n. 2,  
& ipsi videntur habere jurisdictionem or-  
dinariam. Abb. in cap. novit, num. 2, & in  
cap. fin. num. 2, de off. leg. gloss. in cap. Lega-  
tos, in verb. Proconsulum, in fine, & in verb.  
reputantes, eod. tit. in 6, & Specul. de leg.  
§. nunc ostendendum, num. 54, lib. 1, par. 1,  
possuntque conferre beneficia, quæ con-  
ferre non possunt Legati missi sine specia-  
li Sedis Apostolicæ facultate, c. 1, de off. in  
6, & Compostell. in cap. dilectus, num. 5,  
eod. tit.

19 Legati missi t ad certas Provincias non  
Cardinales sunt, quibus committitur lega-  
tionis officium, Specul. d. §. sequitur vide-  
re, num. 3, & regulariter vocantur Nuncii,  
qui omiſſa disputatione, an de jure com-  
muni antiquo in Provincia eis commissi,  
habeant ordinariam jurisdictionem, de  
qua per Specul. eod. tit. §. superest videre,  
num. 2, & 3, hodie nec Legati de latere in  
cognitione causarum habent ordinariam  
jurisdictionem, quæ illis tribuitur, ut legi-  
tur in facultatibus Clementis Papæ VIII.  
dum Cardinalatus fungeretur officio ad  
Regnum Poloniæ Legati, ubi ad causas  
Ecclesiasticas, prophanas, civiles, crimina-  
les, & mixtas ad forum Ecclesiasticum  
quomodolibet t pertinentes, sine præjudi-  
cio